

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XLVI. Romana annuæ præstationis. De eadem materia validitatis, vel  
invaliditatis dispositionis in alienam voluntatem collatæ, quæ sub  
captatoriæ vocabulo per antiquiores explicari solet, an ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

bilis videbatur, non ad perimendam obligacionem, ut deducebatur, sed tanquam presumptio dictæ veritatis.

Et secundò quia inter dictos codicillos, & mortem, aliquod intercesserat spatum considerabile, intra quod testator, magis ad æternam vitam, quam ad temporalia cogitando, per se ipsum se certificate potuerit in parte de iis, de quibus dubitabat, atque adimplere id, quod dictis Religiosis implendum commiserat; Et hæc videbantur solidiora fundamenta, quam alia prædicta, in quibus solum insistebatur; Vel alterum pariter minus tutum, quod actio demandata tribus, non posset per unum tantum exerceri; Tum quia inter exequatores datur jus accrescendi, vel non decrecendi *Bart. conf. 17. lib. 1. Rota dec. 131. & 213. par. 5. rec. cum aliis per Rub. de testam. ad prias causas cap. 85. num. 59.* Tum etiam quia si ex

10 præmissis: gebatur de pia dispositione, magis necessaria, quam voluntaria pro exoneratione conscientia, cuilibet de populo facultas competit agendi, seu Judicis officium pro implemento implorandi.

Consulebam tamen, ut ad omnem bonum finem aliqua moderata compositio fieret cum Fabrica, per quam lis omnibus cessare debebat, propter clarum dilemma; Aut enim hæc dispositio censenda era pia, aut prophana; Si prophana, & tunc clara era illius invaliditas ut potè collata in alienam voluntatem, ac etiam ratione omnimoda incertitudinis ut supra; Si verò pia, & tunc absolute erat dicta omnimoda incertitudo, dum deceperant illi Religiosi, qui de voluntate informati veritatem certificare poterant, dictusque Prior veniebat ex sola ratione officii, unde de plano intrabant Fabricæ facultates.

- 4 An deferendum sit sacerdoti, cui testator communicauit.
- 5 Ad materiam textus in l. Theopompus circa voluntatem confidentiaro communicatam.
- 6 Ubiron agitur de probanda substantia ultima voluntatis, sed de declaranda, tunc probations naturales etiam imperfectæ sufficiunt.
- 7 Datum distinctio plurimam casum circa materiam voluntatis alteri commissæ.
- 8 De materia heredis fiduciariæ.
- 9 De distinctione inter arbitrium, & voluntatem.
- 10 Nominatio facta per eum, cui data est facultas nominandi an sit revocabilia remisive.
- 11 De alimentis debitis filio naturali.

## DISC. XLVI.

**D**ux Ceræ Franciscus Maria Cæsius (in quo haec linea masculina, ob carentiam prolis finem habuit, ex iis quæ habentur in *Romanæ Contributionis sub tit. de fœd.* ad materiam Bullæ Baronum *dīsc. 89.*) scripta in Testamento hærede Duciſſa Portia Sorore, cui pariter prole destituta, substituit alteram Sororem Comitissam de Borromæis, ejusque filios, & descendentes, dicta prime hæredi facultatem tribuit, pro ejus libito disponendi de annua præstatione fecit. 2500. ad favorem ac vitam unius vel plurium personarum, ut sibi videretur; Testatoris verò morte sequita, Duciſſa prædicta schedulam ordinavit, clauſam & ſigillatam, Notario conſignatam, cum prohibitione aperiendi ante ejus mortem, sub facultate illum quandocumque rehabendi, in qua disponebat ad favorem Pauli Æmilii infantis, quem testator opinabatur ab eo ſuceptum ex Anna, cum qua conuerationem habuerat, de annua vitalitia præstatione ſcutorum 500. Cumque eidem Anna, Vel per Notarium dicta voluntatis conciūm, Vel per alium schedulæ ſcriptorem, id decontiatum eſſet. Hincipia obtinuit à quodā Judge Capitolino, contra omnia theoricæ, ac praxis, quinimodo, & ipsius juris naturalis principia, schedulam prædictam vivente Duciſſa aperiſſi, non obſtante diſtā contraria expressa prohibitiōne; Diſtāque aperiōne lequā tamē Duciſſam pulsare cāpit tanquam hæredem Duciſſa ad præfata præstationis implementum in foro Capitolino, à quo avocata cauſa per Signaturam Sanctissimi, illaque commissa in *Rota coram Bevilacqua*, datoq[ue] dubio, au dicta præstatio debetur, ſub die 4. Iuli 1663, affirmativa prodit resolutio, adverſus quam conceſſa nova audiētia, & cauſa reproposita, ob difficultates plures refolutio dilata fuit, unde pendet, niſi per concordiam terminata sit, vel terminetur, ut actionibus magis expediret, dum verò inanis eſt diſputationis effectus ob insufficientiam hæreditatis testatoris, que notabiliter potius debitrix eſt in reintegratione fideicommissorum ad eosdem primos vel secundos hæredes pertinentium, ex iis, quæ habentur in dicta *Romanæ Contributionis sub tit. de fœd.* ad materiam Bullæ Baronum *dīsc. 89.* Istaque resolutio habetur impresa post Zuff. de legitim. process. dec. 104.

Ista resolutio (reflectendo etiam ad veritatem,) quatenus pertinet ad punctum juris in genere pa- rum fundata videbatur; Aut enim actores eorum actionem fundabant in ipso testamento, & absque dubio nil ex eo deducere poterant, dum nullam ad eorum favorem explicitam, vel implicitam diſpositionem continebat, dum ea, quæ in eo diſponuntur de dicta annuali præstatione, non erant per viam præcepti, & gravaminis, sed per viam sim-

## ROMANA.

## ANNVÆ PRÆSTATIONIS.

PRO

## DUCISSA CERÆ

CVM

ANNA BLANCHINA, & PAULO  
ÆMILIO ejus filio.

Causa decisus per Rotam pro Anna, pendet  
reviſio.

De eadem materia validitatis, vel invaliditatis diſpositionis in alienam voluntatem collata, quæ sub captatoriæ vocabulo per antiquiores explicari solet, an valeat, necne; Et incidenter, an extrinſeca probatio voluntatis testatoris debat eſſe ſolemnis cum eadem ſolemnitate requiſita in ultimis voluntatibus, vel ſufficiat naturalis, etiam præsumptiva & imperfetta.

## SUMMARY.

- 1 F Aeti ſeriet.
- 2 Ad materiam text. in l. unum ex familia, an diſpositio dicatur facta à primo vel à ſecondo diſponente.
- 3 Non datur executio ultima voluntatis contra ipſum met teſtatorem viventem.

simplis facultatis primo hæredi gravato attributæ, ut sufficeret naturalis per duos testes; Quinimodo, & per non obstante fideicommissi vinculo, hanc dispositionem facere posset, & sic per viam habilitationis, scilicet remotionis obstatuli, quod alia stan- te gravamine impediens, unde facultas non deducta ad exercitium nullius erat operationis, ex iis quæ circa facultatem concessam possessori majoratus, vel fidei- commissi alienandi, vel obligandi bona, vel opere- tur, non deducta ad exercitium, habetur apud Sal- gad, in *labyrinth. par. 2. cap. 10. numer. 65. & seq. & ha- betur sub tit. de credito* dīc. 42.

Ac etiam quia cum non esset arctativa, & necessaria, minusque ad personam certa, vel etiam incerta de certis, sed esset facultativa & voluntaria, & cum incerti de incertis, hinc illi, in quos disponitur, à secundo dilponente potius, & tanquam de istius bonis, quoniam à primo obtinere dicuntur, juxta veram, & receptionem distinctionem deducunt ex text. in l. unum ex familia 2. §. de fidelia ff. de legat. 2. de qua sapientia præterim in Romana legitima sub titul. de detractionibus dīc. 27. Ideoque tanquam ex dispositione Ducus testatoris per hæredem de necessitate implenda, nulla ex dicto testamento resuluit videbatur actio.

Minusque actio prædicta defini poterat ex sche- dula, eam capiendo tanquam dispositionem ipsius Ducis, cum hæc esset ab illo dubio facta per speciem ultima voluntatis, semper, & quando cum quæ re- vocabilis, utpote perfectionem recipientis ex morte testatoris usque ad illam in ea voluntate perseverans, nequæ dari potest causus, ut dispositio per ultimum voluntatem, præaliter ordinatum sub ea lege, ut vi- vente testatore, occulta esse deberet, atque pro ejus libito revocabilis, producere posset actionem contraria ipsummet testatorem viventem.

Fundamentum autem actorum, cui dicta resolutio innixa est, in eo consistebat, quod testator communica- carat ejus intentionem per organum cuiusdam Religiosi sacerdotis, & confessarii, dictæ Ducis forori, ut i a provideret dictum Paulum Emilius infantem, quem ejus filium naturalem credebat, & Annam dicti pueri matrem, atque reportata promissione, talem fiducia- riā dispositionem fecisset, deferendo in hoc attestacionibus Notarii, & sacerdotis prædicti; Ut in specie de fidei præstanda sacerdoti, cui testator communica- verat ejus voluntatem *Ann. Robert. rerum iudicatarum lib. 1. vers. Pro Mervio sacerdote* fol. 25. & 27.

Ita enim dicebant Scribentes pro actoribus, ac etiam firmat decisio, quod non esset legitimus colla- tum in liberam voluntatem hæredis, adeò ut inutilis diceretur dispositio, quam nostræ antiquiores captatio- riæ erroneè dixerunt, juxta terminos textus in l. illa *testamento de hæred. Inst. l. fideicommissaria libera- ff. de fideicommissar. liberi. cum concordan. de quibus discur. præcedentibus*, sed potius esset certum, ac deter- minatum legatum, quod hæreditis fiducia commis- sum est, & quod extrinsecus certificatum habetur, ac si in ipso testamento ita expressum relictum esset, alle- gando in id in *l. Theopompi ff. de dote præleg.* & l. quem heredi ff. de reb. dub. cum concord. per Surd. conf. 264. numer. 2. cum sequen. Fufar. q. 503. numer. 56. Cavaler. dec. 212. numer. 5. Ror. a. Catacen. hereditatio 28. Mau. & 24. Novembre 1649. coram Cerro impress. dīc. 310. & 310. p. 10. sec.

Cumque sit certa substantia dispositionis, ac etiam quantitas in testamento expressa annuorum scutorum 2500 ad vitam, solùmque dispositio indigeret declaratione personarum, quas testator hæredi declara- tandas commisit, exinde in dicta decisione firmatur, ut id necessaria non esset probatio solemnis, sed

sufficiere naturalis per duos testes; Quinimodo, & per unum, cui testator suam voluntatem aperuerit ad text. in d. l. *Theopompi, Mantic. de conjectur. lib. 3. tit. 1. num. 15. & 16. & lib. 12. tit. 16. cum aliis in dec. 10. in qua proceditur cum communis recepta distinctione, quod;* Aut agitur de inducendo novam dispositionem, vel illam jam factam immutando, adeo ut agatur de voluntatis substantia, & tunc requiratur probatio sole- minis ad ultimam voluntatem requisita; Aut de decla- randa voluntate jam perfecta, sed ambigua, & obscu- ra, & tunc sufficiat probatio naturalis etiam per testes singulares, ac minicula.

Quia vero decisionis prædictæ contextus ostende- re videtur, quod plerique termini inter se diversi, insi- mul congregabantur; Hinc proinde ad æquivoca tol- lenda; Dicebam quatuor esse diversas species causum, seu terminorum, in hujusmodi incertis dispositionibus cadentium, quæ omnino diversas determinatio- nes, ac rationes habent, ideoque non benè ab uno ca- su ad alium infertur, unde frequenter æquivoca resul- tant, quando non distinguantur.

Primus igitur casus est, ubi substantia dispositionis est certa, sed utique incerta est persona, non benè per testatorem explicata, utpote per verba æquivoca, qualis est causus de quo agit *allegata decisio Calvacen. de qua causa habetur supra hoc tit. dīc. 22. ad terminos text. in l. s. in nomine Cod. de testamentis, & l. a. ff. de hæred. in inst. cum concord.* Et tunc recte intrat proppositio, ut hujusmodi certificatio per probatio- nem naturalis etiam adminicula vam fieri possit; Verum isti termini extranei videbantur à casu præ- sentis controversia.

Alter casus est, ubi etiam substantia dispositionis sit certa, quia nempe in testamento exprimatur deter- minata, & præceptiva voluntas, ibi tamen non explicata, sed alicui confidentiali commissa, seu communica- ta, juxta causus, de quibus *supra dīc. 43. & sub tit. de fideicommissis dīc. 182. & sequ. ad terminos text. in l. d. Theopompi ff. de dote prælegata*, atque istos terminos percudit *Ann. Robert. d. lib. 1. rerum iudicatarum cap. 3. fol. 25. ubi testator dispositivus, ac per viam præcepti- & perfectæ dispositionis, gravaverat hæredem ad sol- vendum parochio scuta s. m. ergandos, ac distribu- endos in eosfus, quos sibi secreto commiserat, & sic concurrebant duo extrema, de quibus in d. l. *Theo- pompi. Unum scilicet, quod dispositio erat jam perfe- cta, & concepta in forma obligatoria;* Et alterum, quod in ipso testamento nominata erat persona, quæ tanquam ab ipsomet testatore approbata, de persona, vel usu per ipsum volito testificari debet, dum expre- sè mandavit ut ejus dicto stari deberet.*

Ei nihilominus, etiam his requisitis concurren- tibus, desiderantur etiam, vel juramentum, vel admicula, ut d. dīc. 182. de fideicommissis. Hæc autem omnia in præsenti deficiebant, quoniam testator, nec præ- cise, nec determinante dispositivus, sed solùm per viam concessionis facultatis, seu habilitationis dispo- nendi, ita in hac parte relaxando vinculum fideicom- missi per illa verba, dō facoltà alla mia erede, che della mia credità, e beni possa, e tisca lecto fare uno, o più legati fino alla somma &c. Et sic tam verbum, possit, quam alterum, licet, affirmativè prolata impor- tabant facultatem, ac liberam voluntatem, non autem necessitatem, ex deductis per Surd. conf. 98. num. 7. cum seq. Barbos axiom. 191. & 268. Et prout, deficie- bat alterum approbationis personæ, cum in testamen- to nulla dicti Religiosi mentio in proposito habere- tur; Ac ulterius deficiebat etiam juramentum à dicto Religioso præstitum, dum cum simplici ejus extra- judiciali non jurata attestatione processum fuit, ideoque

De LUCA  
De  
Testamentis  
et cat.  
GVI  
S

verè isti termini videbantur à casu controversiae penitus extranei.

Tertius est casus (fortè magis proximus,) dispositionis scilicet fiduciariae , juxta terminos textus in l. Seius *Saturninus ff. ad trebell. & l. quidem cum filium 8 ff. de hared. inst. de quo Gratian. discept. 650. Cavaler. decis. 381. aliás 765. par. 2. recen. Buratt. dec. 616. & 901. dec. 122. post Vivian. decis. 351. par. 4. recen. tom. 2. In Carpentoraten hæreditatis coram Bichio, dec. 103. & 195. par. 10. rec. inter suas decis. 317. & 354. Verum & in his terminis adhuc cessare videtur applicatio, quoniam ad hunc effectum quatuor requisita copulativè desiderari videntur , que in prælenti defiebant.*

Primo scilicet, ut fiduciarius sit talis , quod de iure institui debuerit, ut per Gratian. d. discept. 650. numer. 1. cum sequentia. ut agendo de eodem calvo, de quo Cavaler. d. decis. 381. dicit quod omnes, excepto Peregr. itam sententiam tenent, quodque de hoc punto disputatum non fuit apud Cavaler. ubi (upra, & concessa nova audiencia pluries proposita causa, capi non potuit resolutio, ut idem testatur post n. 33.

Secundò, ut fiducia sit in tota hæritate , ita ut fiduciarius sit nudus minister, per cuius organum testatoris voluntas explicetur , nullum jus in eadem hæritate habens Gratian. d. discept. 650. numer. 5. Buratt. decis. 616. numer. 21. & dec. 901. per tot. Er in specie quod hic terminus fiducia non intret in legato particulati, sed in hæritate habetur dicta decis. 351. numer. 14. par. 4. recen. tom. 2.

Tertiò, ut accedat justa causa simulandi, sine qua, fiducia non admittitur Buratt. d. decis. 616. & 901. & pleniùs in allegata Carpentoraten coram Bichio, decis. 103. & 195. par. 10. rec. inter suas decis. 317. & 354.

Et quartò , ut in testamento contineantur verba talia, que fiduciam præcisè importent, adeòut adesse videatur certa, & determinata voluntas , per fiduciariū solum explicanda , seu eo non declarante, cum naturali probalione, ut erat causa dicta decis. Cavaler. ubi testator hæredem instituerat Petrum, subiungendo illa verba, del quale mi confido, es sò, che esequiā la mia mente , istaque requisita enumerantur apud Buratt. d. decis. 616. & d. decis. 122. post Vivian. & d. decis. 103. par. 10. recen. Quicquid enim sit de singulorum prædictorum requisitorum veritate, seu præcisa necessitate, adhuc in isto calvo omnimoda applicatio cessare videbatur , dum nullum ex eis concurrebat.

Quartus est casus, in quo testator ordinet dispositionem omnino incertam, in hæredis voluntatem, seu arbitrium collatam, juxta terminos texti, in l. *Senatum 5. legatum, & l. si sic legatum ff. de legat. i. cum concord.* Et tunc, ex eorumdem iurium clara dispositio, omniumque Interpretum communī sensu, intrat distincō, à verba contineant arbitrium , vel potius liberam, ac absolutam voluntatem, ut primo calvo dispositio sublineatur, ut potè ex iuris dispositione certificanda, quoniam hærede nullatenus , vel male arbitrante , intrat arbitrium boni viri per judicem splendum; Secūs autem in altero, in quo propriè intrat illa incerta dispositio in alterius voluntatem collata, quam nostri antiquiores (licet erroneè) captoriam dixerunt , de qua Martin. Andr. decis. 73. & alii apud Castill. tom. 2. controv. capit. 6. numer. 1. cum seqq. ac tæpius in præcedentibus.

Iste autem videbatur casus præsentis controversiae, adeòut, inspecco testamento , nulla penitus in eo contineri videretur valida, & obligatoria dispositio, quam proindè ex integrō deducere oportet ex testi-

bus de voluntate testatoris informatis, & ad quem effectum, juxta receptissimam distinctionem in eadem decisione admissam , necessaria est probatio solemnis, qua saltim per quinque testes ad legati, seu simplicis ultimæ voluntatis probationem necessaria est, idèo videbatur, quod forte cum aliquo æquivoco processum esset.

Rationabiliter autem dicebam , quod testator ita disponere voluerat , remittendo totum liberae voluntati hæredis, à quo potius , quam ab ipso, legatarii obtinere dicentur , removendo solum obseculum, quod alia hæres ob fideicommissi gravamen haberet, quoniam cum cogitatione mortis turbatus, incurrit esset, an ergà istum puerum ad aliquid tenetur, necnè, & an verè esset ejus filius, vel potius ab inhonesta matre id minus verè suppositum esset, hinc proinde totum id remittere voluit prudentia, ac fidei germanæ sororis, quam hæredem scriperat, ut veritate comperta , tam puerum , quam ejus matrem ad meliorem frugem redeuntem provideret, ita que videbatur genuina veritas, Ideoque, licet in tempore ejusdem testatoris morti proximo, hæres eidem credulitatem innixa, dispositionem fecerit , nihilominus cum ista esset potius sua, quam testatoris, hinc nulla videbatur subtile ratio, quae prohiberet nè ex contraria melioribus notitiis illam revocare potuerit, ut de facto fecerat.

Ac propterea omnino extranei erant alii termini plenè deduci in eadem decisione super questione, an hujusmodi nominationes , seu dispositiones semel factæ, essent revocabiles, necnè, quoniam percutiunt causam necessaria nominationis, atque ubi dispositor, simplicis nominatoris , seu electoris personam gerit.

Insistebant Scribentes pro actoribus in obligacione ex qua, iufpesta præsertim dispositione juris canonici, etiam in terribus Ecclesiæ recepta , pater tenet subministrare necessaria ad substantiationem filii naturalis, ex coitu quamvis illicito suscepit , unde inferunt, quod in agnitionem hujusmodi obligationis, testatoria dispositi sunt. Verum id n̄t relevare videbatur, nisi justificata filiatione, dum ea ex tractatu ipsius patris desum non poterat; Atque tunc alimenta debita essent, non ex testamentaria dispositio, sed ex illa juris, qua posita, ponderabam dictam testamentariam dispositionem fatis operativam remanere tanquam taxam congruam ab ipso metu testatore in dicta summa scutorum bis mille ad vitam explicata; Hæc autem probatio omnino deficiebat, atque ubi etiam concurredit, inanis quoque remanebat actio ob totalem carientiam virtutum hæreditatarum, unde propter dicto pueri solum jus remanebat, ut à fideicommissis ascendentium assequi deberet alimenta subsidiaria deducta ex intentione , seu ratione texti, in auth. res quæ Cod. comman. de legat. quem receptum est naturilibus quoque suffragari, ex deductis apud Merlin. decis. 671. aliás decis. 30. par. 7. recen. & tæpius in terminis datis in sua materia

sub tit. de dote prætertim dis. 145.

¶ \* ¶